recognitione mediante

968

Tarlo quietat Prochnicki

Comparens personaliter coram officio et actis castrensibus Castrensibus Premisliensibus Generosus Sigismundus Scipio Tharlo de Sz... kazowice recedendo a suo foro proprio sive autem iuri districtui se cum successoribus ac bonis suis quo ad actum praesentem attinet incorporando sanus mente et corpore existens publice ultro ac per expressum recognovit. Quod a Generoso Procopio Prochnicki summam centum sexaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis sibi per eum inscriptione certa per se cum eo ex ratione quantum cumque rerum debita inscriptionisque terrestris Premisliensis roborata plenarie recepit et manualiter levavit. Ratione cuius receptionis et levationis ipsum et eius successores de eadem summa quietat ac immunem perpetuo facit. Ipsamque inscriptionem ac inscriptionem qua in ipsa inscriptione est roborata quantum perceptae summae praedictae receptae attinet cassat et mortificat. Super aliis vero conditionibus in eadem inscriptione contentis et descriptis eandem ipsam inscriptionem ac inscriptionem qua eadem inscriptio est roborata salvam et illaesam reservando. Centi sua recognitione mediante.

Dembski quietat Humnicki

Comparens personaliter coram officio et actis castrensibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis Stanislaus Dembski recedendo a suo foro proprio sive autem iuri districtui se cum successoribus ac bonis suis quo ad actum praesentem attinet incorporando sanus mente et corpore existens publice ultro ac per expressum recognovit. Quod a Generoso Alberto Humnicki summam quadringentorum florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis sibi per eum certa quacunque iudicii seu officii inscriptione recepit et levavit. Ratione cuius receptionis et levationis ipsum et eius successores de eadem summa quietat ac immunem perpetuo facit. Ipsamque inscriptionem sibi ab eo super praedicta summa factam cum omnibus conditionibus punctis clausulis et articulis Nec non lucra perlucra ac totum processum seu progressum iudicialem ad eandem inscriptionem officio castri obtentum cassat annihilat mortificat obliterat aeternis temporibus sibi et suis posteris ratione praemissorum silentium imponendo aeternum Centi sua recognitione mediante.

969

Humnicki ut Dembski

Comparens personaliter coram officio et actis castrensibus Castrensibus Premisliensibus Generosus Albertus Humnicki a terris et districtibus iure ac foro suis quibusvis propriis recedendo sive vero iuri districtui se cum successoribus ac bonis suis inscribens quo ad actum et effectum inscriptionis praesentis attinet incorporando sanus mente et corpore existens publice ultro ac per expressum recognovit. Quia Nobili Stanislao Dembski et eius posteris summam triginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis debiti certi ac mutuatae pecuniae tenetur. Quam quidem